aliquid iniustum, quod nondũ erit iniustè factum, nisi eò accesserit, vt sponte factum sit. Sponte autẽ fieri dico, quemadmodum & suprà à nobis dictum est, id, quod quis in sua potestate positũ facit sciens, neque eum, quẽ iniuria afficit, ignorans, neq. quo quasi instrumẽto, neq. cuius rei gratia: verbi causa, quẽ verberet, qua re verberet, cuius deniq. rei causa verberet: atq. illorum vnumquidq. fiat, neq. ex euentu, neque vi: veluti si quis alicuius manu apprehensa, alterũ verberet. At sponte non verberauit is, cuius est manus. Non. n. in eo situm fuit. Contingere autẽ potest, vt pater sit is, qui pulsatur: is qui pulsat verò illũ esse nomĩnẽ dũtaxat, aut eorũ aliquem, qui adsunt, sciat, patrem esse nesciat. Similis autẽ distinctio in eo, cuius causa res agitur, adhibita sit, in tota deniq. actione. Quod igitur ignoratur, aut cùm minimè ignoretur, tamẽ vel in eius, qui agit, potestate non est, vel ei vis affertur, id ab inuito agi dicitur. Nam multa fanè eorum, quæ natura nobis affert, scientes & agimus & patimur: quorum nihil nec sponte nostra, nec nobis inuitis fieri dicendũ est, vt senescere, aut mori. In rebus iustis autẽ æquè atq. in iniustis euẽta locũ habẽt. Nam si quis depositũ reddiderit inuitus, & metu coactus, is neq. iusto officio fungi, neq. rem iustã agere dicendus est, nisi ex euentu: itémq. qui necessitate coactus, & inuitus depositum non reddit, is ex euentu iniuriam facere, réque iniustas agere dicendus est. Eorum autẽ, quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus, alia consilio non capto. Consilio capto agimus, quæ re prius deliberata, non capto consilio, quæ re non antè deliberata, agimus. Iam cũ in societate generis humani tria sint damnorũ genera: ea quidẽ cum inscientia coniuncta sunt errata, cùm quis aut quẽ minimè existimauit per cutiendo, aut quomodo non putauit, aut quo instrumẽto non putauit, aut cuius rei gratia nõ putauit, hęc egerit. Nã aut se non percussurum, aut non hoc instrumento, aut non hunc, aut non huius rei causa, arbitratus est, verùm accidit non id, cuius se facere existimauit, sed longè aliud: verbi gratia, non vt vulneraret, sed vt pungeret, ferrũ strinxit: aut non eum, quem putauit, vulnerauit: aut nõ quomodo voluit. Cùm igitur nec opinatò damnũ illatum fuerit, Infortuniũ nominatur. Cùm autẽ non nec opinatò quidẽ illud, sed tamẽ non malitiosè, Erratum, seu Peccatũ est. Peccat enim tũ quisq. cum in ipso causæ principium inest: infortunatus est, cùm principium extrà est. Vbi verò quis sciens læsit alterum, sed deliberatione non antegressa, iniustè factum est: exempli causa, quæcunque vel ab ira, vel ab aliis effectibus, qui cùm aut necessarij sint, aut naturales, hominib. accidunt.

A ἔχει μὴ, ἀδίκημα ᾖ οὐδέπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. λέγω ᾖ, ἑκούσιον μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὃ αὐ τις ᾔδεφ' αὑτῷ ὄντων εἰδὼς, καὶ μὴ ἀγνοῶν, προσῴπῃ, μήτε ὅν, μήτε ᾧ, μήτε οὗ ἕνεκα· δῆ τίνα τύπτει, καὶ τίνι, καὶ τίνος ἕνεκα· καὶ ἐκείνων ἕκαστον, μὴ κατ' συμβεβηκὸς, μηδὲ βίᾳ· ὥσπερ εἴ τις λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτῦ, τύπτοι ἕτερον· οὐχ ἑκὼν δέ· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ· ἐνδέχεται ᾖ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι, τὸν δ', ὅτι μὲν ἄνθρωπος, ἢ τῶν παρόντων τις γινώσκειν· ὅτι ᾖ πατὴρ, ἀγνοεῖν· ὁμοίως ᾖ τὸ τοιοῦτον διωρίσθω καὶ ὅλῃ τῇ οὗ ἕνεκα, καὶ πᾶσι τοῖς πρᾶξιν ὅλῳ· τὸ δὴ ἀγνοούμενον, ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν, μὴ ἐπ' αὐτῷ ᾖ ὄν ἢ βίᾳ, ἀκούσιον· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδότες καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν, οὐδὲν ἔστ' ἕκαστον, οὔτε ἀκούσιόν ὄντιν· ᾖ τὸ γηρᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν. ἔστι δ' ὁμοίως ὅσα τε ἀδίκων καὶ τῶν δικαίων, τὸ κατ' συμβεβηκὸς καὶ γὰρ αὐτῶν παρακατατιθέμενος ἀποδιδῴη τις ἄκων καὶ διὰ φόβοι, οὔτε δίκαιον πράττειν, οὔτε δικαίο πρᾶξιν φατέον· ἀλλ' ἢ κατ' συμβεβηκός. ὁμοίως ᾖ καὶ ἀναγκαζόμενον καὶ ἄκοντα τὴ παρακατάθηκιν μὴ ἀποδιδόντα, κατ' συμβεβηκὸς φατέον ἀδικεῖν, καὶ τὰ ἄδικα πράττειν· τῶν ἐκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προελόμενοι· προελόμενοι μὲν, ὅσα προβουλευσάμενοι. ἀποφαίρεται ᾖ, ὅσα ἀπροβούλευτα. τῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν τῇς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν, ὅταν μήτε ὅν, μήτε ᾧ, μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε, ταῦτα πράξῃ. ἢ γὰρ, οὐ βαλεῖν, ἢ οὐ τούτῳ, ἢ οὐ τῇδε, ἢ οὐ τούτου ἕνεκα φήθη· ἀλλὰ συμβῇ οὐχ οὗ ἕνεκα ᾠήθη· δῆ, οὐχ ἵνα τρώσῃ, ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ· ἢ ἐχ ἕν ἢ ἐχ ὧν. ὅταν μὲν ἓν παραλόγως ἢ βάλῃ τρώσας, ἀτύχημα. ὅταν ᾖ μὴ παραλόγως, ἄνευ ᾖ κακίας, ἁμάρτημα· ἁμαρτάνει μὲν γὰρ, ὅταν ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ ἡ τῆς αἰτίας· ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἔξωθεν. ὅταν δὲ, εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δὲ, ἀδίκημα οἷον ὅσα τε διὰ θυμὸν, καὶ ἄλλα πάθη, ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φύσικὰ, συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις· ταῦ-